

- 50 Forsan et haec olim tibimet promissa tuisque
 Grata quies fuerat rebusque futura secundis.
 Nulla gregi insidiis aptantur damna dolosis.
 Sub qua quisque iacet crispanti in cortice lectum est
 Arbore (et hoc fas est divina falce notatum
 55 Credere) 'Pax terris pacem fert' arbutum et omne
 Conclamant nemus, it vastus fragor, undique 'pacem'
 Convocat: 'Arma procul fulgete hinc seva' resultat.

MICON.

- Nectyle, vera refert, satis est rumore colendum
 Hoc opus auratis dignumque referre cicutis.
 60 Scripta Sophocleo cum sint memoranda coturno
 Digna magis, mecum comitabere Musa canendo.
 Hinc breviter votis pariter modulamur opimis,
 Gnare puer, viridi que in cortice pressa leguntur
 Carmina, fagus adhuc quas servat celsaque rimas.
 65 Non solitus pastor gelida recubare sub umbra
 Rusticus aut errans descriperat ista viator,
 Sed divina manus titulo haec occulta notavit.
 Annuit aeternam terris per secula pacem.
 Aureus in medio rutilans Sol emicat orbe
 70 Inque plagas mundi radios protendit in omnes.

51 'Gratas' verb. 'ta' W. 52 'grege' W., 'gregem' L. 'dampna' L.,
 vgl. v. 42. 53 'in' fehlt in L., 'mortice' L. 54 'diuine' W., 'diuino' L.
 55 'arbutam' L., 'arbuta' W., 'arbutum' verb. Traube. 57 'fulgite' W.,
 'fugite' L. 'serua' verb. 'seua' L. Vor 58 als Ueberschrift 'MICON
 NECTYLUS MELIBOEUS' W., 'NECTYLE' W. am Rande. 58 'ECTILE'
 L., 'refert' W. L., 'refers' Fröhner (unnöthig, da es sich auf 'opus' be-
 ziehen kann). 60 'sin' L. 61 'comita here' L. 63 'legunt' W.
 68 'Anuit' W. 'selula' verb. 'secula' L. 69 'micat' W. 70 'Atque'
 vermuthet Traube.

50 Aen. I, 203 'forsan et haec olim'. 51 Art. III, 695 'Grata quies';
 II, 437 'rebus plerumque secundis'. 53—54 Ecl. VII, 54 'iacent . . sua
 quaeque sub arbore'; Calp. Ecl. III, 43 'tua cortice verba notabo'; I, 21
 'quis properanti falce notavit'; Ov. Ep. V, 22 'Et legor, Oenone, falce
 notata tua'. 55 Aen. V, 149 'consonat omne nemus'; Met. XV, 832 'Pace
 data terris'. 56 Kar. M. et Leo 121 'vastus fragor aethera pulsat'.
 57 Rem. 246 'arma tibi saeva'; Ex P. IV, 7, 31 'longe fulgentibus armis'.
 58 Met. V, 271 'Vera refers'. 60 Ecl. VIII, 10 'Sola Sophocleo tua car-
 mina digna cothurno'; Amor. I, 15, 15, vgl. Karol. M. et Leo v. 257
 'Sophocleoque . . coturno'. 61 Ecl. II, 31 'Mecum una in silvis imi-
 tabere Pana canendo'. 63 Art. I, 286 'cortice pressa latet'. 64 Calp.
 Ecl. I, 22 'ut virides etiamnunc littera rimas | Servet'; Ecl. V, 13 'in
 viridi nuper quae cortice fagi | Carmina descripsi'; Ov. Ep. V, 21 'Incisae
 servant a te mea nomina fagi'. 65 Aen. XI, 210 'gelidam . . umbram',
 vgl. oben v. 34, I, 39. 66—67 Calp. Ecl. I, 28 'non haec triviali more
 viator, | Sed deus ipse canit'. 67 Art. II, 596 'arcana verba notata
 manu'. 68 Aen. IV, 99 'pacem aeternam'. 69 Vgl. oben v. 15.